



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendium Sacrorvm Ritvvm Et Caeremoniarvm**

**Vinitor, Gerlacus**

**Coloniae Agrippinae, 1656**

XVII. De officio scutiferorum seu familiarium Episcopi ipso celebrante.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9459**

onunt candelabra  
onendis paramen-

serviente.

centiam deferens  
quod Buciadici-  
debet cum socio  
eo pari disciplina

Amos *Quam dile-*  
Introitum Mis-  
Epistolam cum  
ium, aliaque in  
, & regulariter  
te à dextris Epi-  
scopus lumine  
verò Episcopus  
illud accedere  
ed sufficit ille de

s in tonabit pri-  
Antiphonam ad  
candelam er-  
scopi.

sed ad Altare  
endit, semper  
ro, si opus est,  
hoc est initio  
erò quando ad  
celebrat, ipse  
qui

*De officio scutiferorum seu familiarium &c. 555*

qui de libro inseruit lumen ministrare debet, cum opus est, nimirum dum Episcopus aliquid ex libro legit. Alter ampullas ministrabit & Calicem aprabit, eum cooperiendo & discooperiendo. Ambo ministrabunt ad lotionem manuum, mantile hinc inde sustinendo, & etiam ministrabunt cum Episcopis sacris induitur vel exiit vestibus.

TITVLVS XVII.

*De officio scutiferorum seu familiarium  
Episcopi.*

1. Scutiferi induti decenti habitu clericali, si-  
ue superpelliceis, non autem calcatibus &  
armis regulariter stare debent ad Credentiam  
nudo capite, facie ad Episcopum conuersa, nec  
inde discedunt, nisi quando Episcopum exiunt  
& calceant communibus indumentis & calcea-  
mentis. Ad minus duo, & ad summum quatuor  
assistere debent, & seruiunt ad lotionem ma-  
nuum Episcopi incipiendo à iunioribus, vnus-  
quisque per ordinem vice sua. Quater enim Epi-  
scopus in Missa solemni lauat manus, *Primò* se-  
dens antequam capiat paramenta, deposita cap-  
pa seu Mantiletto recto capite. *Secundò* post of-  
fertorium in sua sede cum mitra sedens. *Tertiò*  
post incensationem oblatorum ad Altare cum  
mitra. *Quartò* post factam communionem &  
sumptam abluitionem digitorum stando & cum  
mitra.

2. Scutiferi eundo & redeundo pro mini-  
stranda aqua semper genuflectunt vsque ad ter-  
ram ante Altare, sicut etiam ante Episcopum, &  
aduertere debent ne aquam lotionis in terram

*Cavens.  
Episc. lib. 8.  
c. 11.*

proijciant, sed in pelui prope Credentiam ad id præparata effundant.

3. Curam habere debent discalceandi Episcopum calceis communibus ante Missam, & eum calceandi post eam & calceamenta in loco congruo seruare debent.

## TITVLVS XVIII.

*De Vesperis solemnibus per Episcopum in crastinum celebraturum solenniter habendis.*

1. **C**um sacre solennitates regulariter à primis Vesperis initium sumant, à Vesperis incipimus caeremonias Episcopum concernentes. Si ergo sequenti die sit celebraturus Episcopus, Vesperæ solennius celebranda, quam si non esset celebraturus. Quod præcipue his vigilis obseruari solet, videlicet Natiuitatis D.N.I. Christi, Epiphaniæ, Ascensionis, Pentecostes S.S. Apostolorum Petri & Pauli, Assumptionis B.M.V. omnium Sanctorum, sancti Patroni Ecclesiæ & Ciuitatis.

2. Secundæ Vesperæ poterunt etiam per Episcopum eadem solennitate celebrari, saltem in Dominica Resurrectionis, in die Natiuitatis Domini, ac in festo S. Patroni Ecclesiæ.

3. Altare summum festiuo cultu ornandum & paranda duo scabella nuda, sed picta hinc inde à lateribus sedis Episcopi pro duobus Diaconis ibidem sessuris & aliud pro Presbytero assistente.

4. Postquam Episcopus hora statutæ accesserit ad Ecclesiam ibique de more orauerit ante S.S. Sacramentum, & manus Altare, surgit & ascendit sedem tuam in qua paulo ante sedet, tum surgens d. pabra capta capiet & cras parament